



Epicedion. Sanctissimis Manibus, Illustrißimi ... Domini, Dn. Friderici  
Wilhelmi Ducis Saxoniae, Comitis Provincialis Thuringiae ... defuncti  
Vinariae, Non. Quintilib. Hora vespertina XI. Anno M.DCII. Cum Vixisset  
Annos XL. Menses II. Dies XII.

Ienae

Stindt, Jakob


Hist 8° 02366/01 (09)

[https://dhb.thulb.uni-jena.de/receive/ufb\\_cbu\\_00003039](https://dhb.thulb.uni-jena.de/receive/ufb_cbu_00003039)

urn:nbn:de:urmel-ff33b44e-9187-4a58-bdd7-d7402d39ca944-00000809-11

Lizenz: <https://creativecommons.org/publicdomain/mark/1.0/>





urn:nbn:de:urmel-ff33b44e-9187-4a58-bdd7-d7402d39ca944-00000809-11

# EPICEDION.

*SANCTISSIMIS MANIBVS, IL-  
lustrissimi, Celsissimiq, Principis ac  
Domini,*

**DN. FRIDERICI  
VVILHELMI DV CIS SA-  
XONIAE, COMITIS PROVINCIA  
LIS THVRINGIAE, MARCHIONIS  
Misniae, post feliciter per decennium administra-  
tum ELECTORATVM SAXONIAE, pie  
placideq, defuncti VINARIAE, Non.  
Quintilib. Hora vespertina XI.**

**A N N O  
cl. Is cll.**

**CVM VIXISSET**

*Annos XL. Menses II. Dies XII.*

**IACOBO STINTIO I. V. D.**

**IN ACADEMIA IENENSI,  
Debita gratitudinis & συμπαιδείας stu-  
dio scriptum.**

**J E N A  
Imprimebat Tobias Steinmann:**



EPICEDION.



*M*ene ego, te Princeps FRIDE-  
RICE VVILHELMES ilebo,  
Inter multorum lugubria car-  
mina vatum,

*Et TRA qua meruit Pietas encomia lau-  
dum?*


*Ignoscant sancti manes, quod serius unus  
Hac tibi persoluo, qua pridem cogito iusta.  
Non animus, non obsequium, non prompta  
voluntas*

*Defuit, aſt qua sunt scribendis oia grata  
Carminibus, facilisq; fluens in Carmina vena,  
Sed cœſera licet, tamen haud ingrata vo-  
luntas*

*Gratandi fuerit, ſic non ſit ſera dolendi.*

*Ergo mea tristes lugubria carmina Muſa  
Dicite, lugubres hac poſcunt tempora verſus.  
Occidit, occidit heu, FRIDERICS  
namq; VVILHELMVS*

SAXO<sup>m</sup>



SAXONIÆ Princeps, quò relligiosior alter  
Haud fuit; hac quamvis sit penè domestica  
virtus

SAXONIÆ domui, sub qua revirescere  
primum

Religionis opus cepit Germanidos ora,  
Olim cum sapiens claram FRIDERICVS  
ad Albim

SAXO, Scholam erexit magni cui fama LV-  
THERI,

Membris S parvi, sed magni mente PH I-  
LIPPI

Doctrinae S studium, totù diffusa per orbem,  
Incrementa dedit, nunc seclum vertitur, unde  
Saxonicis ingens hoc munus contigit oris.

O seclum felix, o aurea tempora, cum tot  
Præstantes animis Heroas, viribus atq;  
Hac stirps præsentis produxit ad usq; nepo-  
tes.

Nempe JOHANNEM CONSTAN-  
TEM, qui fortiter unus

Cum paucis alijs, inuicta mente professus  
Verborum sanam formam, normamq; do-  
cendi,

A 2

Te

Te coram Casar CAROLE inuictissime,  
verbo

Nil sibi diuino prius esse quid orbe probavit.

Quid Te magnanimum dicam IANVM  
FRIDERICVM?

Qui pugnans acie in prima, quod vulnus ho-  
nestum

Fronte capis, fortis pro religione tulisti.

Quos & avum, proavosq; Tuos, FRIDI-  
RICE WILHELME,

Constantes animis, vera & pietate celebres,

Hic memoro, patremq; pium IANVM  
GVILIELMVM,

Qui belline prior fuerit, vel pacis in arte

Quis dubitet; generis Tibi tam praeclara pro-  
pago,

Materna ut taceam stirpis PALATI-  
NIDOS ortum.

Hac sate gente tuis mox Te maioribus istis

A teneris praestas dignum, iuuenilibus annis

Religionis amans pura, & virtutis auita.

Scilicet à teneris praestat consuescere multum,

Decidit haud procul & lapsum de stipite  
pomum.

Artibus

Artibus ergò bonis, quas Princeps noscere  
debet

Imbutus, tolerans sub doctis sæpè Magistris  
Censurasq; graves, indefessosq; labores,  
Plurima cognoscis, vita quibus indiget usus,  
Et patria paulò qua post traduntur habena:  
Multa etenim Princeps, qui multis imperat  
unus,

Discere præ reliquis, & debet noscere multa.  
Sed patris heu obitum fatis urgentibus ipsis,  
Principis ARGVSTI dum Te tutela gu-  
bernat,

Imperij qui tum Septemvir, maximus Heros  
Saxonicos agros, hos Tyriget asq; propinquos,  
Et regere imperio, & moderari legibus aquis  
Cœpit, ceu Princeps cognato sanguine cretus;  
Hic Tua se virtus mox exerit optime Prin-  
ceps,

Dum cœptos urges cursus pietatis & artis,  
Nec pateris mentem recto de tramite flecti,  
Imperiumq; ferens, charo cum fratre JO-  
HANNE,

Principis agnati, parendo scilicet ipse  
Discis, subiecti Tibi quæ sint arte regendi.

A 3

Parue-

Paruerit siquidē qui vult regnare necesse est.

O miras hominum sortes, mirandaq; fata,  
Quam nihil est stabile, & quam nulla po-  
tentia firma.

In te quod regimen Princeps Elector habebat,  
Conversa rerum facie & labentibus annis,  
Tres geris in fratres illustres deinde nepotes  
Verum quā leni, moderato, quamq; benigno  
Uteris imperio, nulli gravis, omnibus aequus,  
Misnia per denos dum se Tibi subijcit annos,  
Et Duce Te florent, qua tum caput exerit  
alma

Relligio, Pallas, Themis & pax aurea, qua  
nil

Esse potest homini melius, vel gratius unquā.  
Vix benè sed tandem proprijs ubi redditus  
oris,

Atq; Tuis populis, multumq; diuq; petitus,  
Et desiderio magno expectatus ad aulam,  
Atq; redis patria sedem mitissime Princeps,  
Exultans lato cum Te V I N A R I A plausu  
Excipit, atq; suo praesenti Principe gaudet.  
Quam brevis illa fuit, quam non ea firma su-  
tura

Laticia.

Laticia, heu spes fallaces, properataq; fata:  
Exactis nondū complerat mensibus annum  
Phœbus, Te postquam reducem V I X A -

R I A vidit,

Languentes heu cum morbus gravis occupat  
artus,

Pellere quem potuit nulla Podalirius arte,  
Quamvis accessit Medicorum sedula cura,  
Sed cadis, heu cadis ante diem, meritissime

Princeps,

Ætatis medio & virtutis flore virescens:  
Ceu Rosa, qua medijs dum consista floret in  
hortis,

Naribus & gratos de se se spirat odores,  
Flaccescit, sævis agitataq; decidit Euris.

O vanas hominum spes, o fallacia vita  
Tempora, quam nulli parcia Mors invida,  
quamvis

Maiorum titulos, & iactet stemmata longa.

Non pius EZECHIAS, non DAVID, non Jo-  
SAPHATVS,

Non sapiens SALOMON, non prestans robore  
SAMSON,

Evitare fera potuerunt spicula mortis,

Omnia

Omnia succidit mors, sceptrā ligonibus  
aquat,

Seu citò, seu serò, meta omnibus ista parata  
est.

Quò Tu pracedis, Dux optime, nos comita-  
mur,

Summus militia Dux cum statione iubebit  
Cedere quemq; sua, fragilemq; hanc linquere  
vitam.

Nos grati interea & memores Tua facta cai-  
nemus,

Sēper honos, laudesq; tua, pietasq; manebunt,  
Namq; p̄j semper nomē, ceu palma virescit.

Tu vive aternūq; vale sanctissime Princeps,  
Maiores inter Divos, animasq; beatas,  
Conspectuq; Dei fruerē, aternaq; salute.

Te verò incolumem nobis, Dux optime  
I A N E,

In quo vestra domus fermè inclinata recūbit,  
In quo nostra omnia spes & fortuna reclinat,  
Nestoreos servare velit feliciter annos,  
Qui reges regnare iubet D E V S optimus

unus.

F I N I S.